

DECURIA MELETEMATUM,
QUAM

In Obitu

SERENISSIMÆ PRINCIPIS
ac Dominae

Dn. DOROTHEÆ SIBYLLÆ

ê Potentis- Elector- Brandenburg.

DOMO

Ducisæ Silesiæ Ligio- Bregensis,

SERENISSIMO PRINCIPI

ac Domino

Dn. JOHANNI CHRISTIANO,

DUCE SILESIO RUM

LIGNICENSIVM AC

BREGENSIUM

Impubb. Principp. Illustris. luctu squalidis & atratis

Humillimo animo subjectissimè

offert

G Merisch.

BREGÆ

Typis Augustini Gründeri. A. C. MDCXXV.



MELETEMA PRIMUM.

Rex simul Ægypti Gyaris extraxit opacis
Pantomphanechum, grex recutite, tuum,
Atq; enarratum citò somnia bina vocavit
Per quartam noctem mystica visa sibi,
Illeq; veravit dubiosa insomnia Regi,
Et Mantes docuit qua peragenda sient,
Illicò quod propter Procere fit Maximus inter,
Fit regni Column, fit Patriaq; Pater:
DOROTHEA, Schlesia Princeps dia usq; SIBILLA,
Heres quâ caluit, Magne Piasse, tuus,
Sumitur ad plures lutulento è carceris antro
Immundi mundi sic faciente DEO,
His Tesquis, cæli mutatum Tempea, & inter
Calicolas ductum purpureo ore merum,
Fit Princeps, verè PIA, FELIX, INCLITA CHRISTI
Princeps, fit summi lucidum agalma poli:
Est aliquid Patris Patriai nomen apisci:
Sed multo magis est si qua Ducissa poli est.

MELETEMA SECUNDUM.

Agricolæ primo quo spargunt semina vere,
Multaq; quò copi mense beentur, agunt
A ij Ecce

Ecce sui, SCULNÆ conspersum sanguine CHRISTI
Corporis & granum NOSTRA DUCISSA serit:
Scitis? quale sibi quando Tuba postuma clanget
Indeptet corpus? SPIRITUALE METET.

MELETEMA TERTIUM.

ARgentaurato Princeps Celsissima felix
Ut repedo ad Patria limina dante DEO;
Nec sol meridie visus, nec pallida visa
Cynthia, & in noctem sidera visa mihi;
Idq; per hebdomadam totam, mirabar, & ejus
Quid causa mecum sollicitare diu:
Sed postquam audiui, Te mersam funere Corpus.
Et Mentem in caelis plurimum ovare tuam,
Gratatur, nec alid dixi est, Tibi gaudia Poebus
Inq; tuo Tumulo Cynthia & astra jacent.

MELETEMA QUARTUM.

Non est vestiges multum, quod largiter æthre
Deciderit nuper plurimus imber aquis;
Nam sublesta fides Tibi non sit: Nostra Ducissa
Ut Sanctè extremum clusit in orbe diem,
Illius interitum sat deplorare nequibat
Silesia: Hinc caeli fletibus usus erat.

MELE

MELETEMA QUINTUM.

Vt fuit elusus satanas, Patefactio IANI
Quod te, quam vide sis, sacra docere potest:
Quando famellam post partus momina mersum
Propter eam stygias evomisset aquas;
Cum sortita alas aquila, avia adisset, & omne
Ore absorpsisset terra patente salum:
Sic fuit irrisus quando post fata DUCISSÆ
Nequicquam, ejecit diluvium, ore fremens,
Cum dudum acceptis alis solenne duabus
A Christo, patuli scanderat astra poli;
VERA FIDESETSPES, quis CÆLUM scanditur, alæ:
His sine cogetur quisq; manere foras.

VI.

MELETEMA.

Vndiq; quod versum, cum spissigradissimus agrū
Huc me qui salvum detulit Argyrope,
Emetirer, erat mihi cernere, dejecisse
Pluria cum multo limine ligna Notum:
Eheu! cum lachrymis quoq; vidi in Selesidos oris,
Dum Stirpem infestāt, Dive PIASTE, tuam:
Cum de moliri celsissima tecta Bregensis
Semonis, effreni cumq; furorē cupit,

A iij

Dum

Dum Fulcrum illius, Patriæ sanctissima nostræ
Mater, maturum concidit ante diem.
Hac prece, testiculi donec vena ulla paterni
Vixerit in nobis sollicitabo DEUM,
Is mihi quod superest *Stirpisq; Domusq; Piaſti*
Divitet, & contrà mille pericla tegat,
Tu mecum illum eadem, felix quicunq; sub umbrâ
Hujus Stirpis agis pectore polce pio.

VII.
MELETEMA.

Non nisi Luminibus deflemus tristia nostris,
Sunt etenim fletûs ex quibus unda fluat;
Silesia spoliata suo jam Lumine, nostrâ
Principe, quæ nobis Luminis instar erat,
Quî flere est præſens? Cum lumen egere videmus
Illam, ex quo fletûs largiter unda fluat:

VIII.
MELETEMA.

ADIESUM ut viſit nuper sanctissima Princeps,
Hæc illam accepi fundere verba piè:
Unum Te jubeo Dux illustrissime, vosq;
Unum conjugij pignora cara mei;
Quando

Quando ab eo ad cœlos hoc ex androne supremos,
Cordolium ex abitu non capitote meo:
Nam cum Me fidam dederit Tibi JHOVA Maritam,
Et vobis Matrem juſſerit eſſe piam,
Iam verò ſua Me vocat ad cœleſtia rurfus
Sidera, quæ cum illo lætitiâ uſq; fruam,
Non Tibi, nec vobis quicquã JHOVA Optimus aufert,
Sed ſua duntaxat jure bono recipit.
RELLIGIO EST SANCTÈ morientium ſpernere juſſa:
Exhaurire piè gloria magna clæet.

IX.
MELETEMA ad piè defunctam Principem.

Flere duos aut tres ſoles demortua noſtrum
Membra, prout fuerint, pagina ſacra jubet:
Quinquaginta dies, atq; ultrâ Slesia tota
Te flevit: flevit te diu & ipſe polus!
Omnibus hinc conſtat, Quæ, Qualis, Quantaq;
Princeps
Vixeris ante homines, vixeris ante DEVM.

X.
MELETEMA.

CVM Iobi vitam, res geſtas, ultima fata,
Suggeſtum ſanctè Neſtorco ore docet:

DOROTHEÆ vitam, res gestas, fata, SIBYLLÆ

Ultima, nec potis est hoc tatuïse modo:

Ille DEÛm Sangvis Regali stirpe creatus:

Nobile magnorum sangven et illa DEÛm:

Ille oculus cæcis: pes claudis: patribus orbo

Tutor percaris audijt: illa fuit.

Ille Redemptorem moriens sibi vivere novit:

Vivere Lytrotam novit & illa sibi.

Ille suum corpus cum Tantarara ultima clanget

Rursus viturum credidit: illa suum.

Ille suâ sese visurum in carne Jehovam:

Illud idem propter læta quoq; illa fuit.

Ovum tam non est simile ovo? quam fuit huius

Istius Fidei. Magna utriusq; fuit.



MONUMENT. PARENTATION.

SUPER EXEQVIAS

NOBILISS. PIETATIS & VIRTUTUM

OMNIUM ORNAMENTIS CON-

SPICUÆ & PRÆSTANTISSIMÆ,

FEMINÆ

CATHARINÆ

LEUSCHNERIN

Magnifici, Nobiliss. & Consultiss. Viri

DN. GEORGII GERHARDI

U. J. D.

Illustr. Ducum Monsterbergens.

& Olsnens. Consiliiarii & Cancellarii fideliss.

Principum & Statuum Ultriusq; Silesiæ

Ordinarii digniss.

Et Consistorii in Ducat. Olsnens.

Adfessoris primarii

CONJUGIS DESIDERATISSIMÆ

piæ & Placidæ ex hac Vita in Cælestem

ann. Chr. M. DC. XXV. ætat. anno XL.

evocata

Et XIII. April. Olsnæ honorificè

contumulata.

Ab amicis condolente animo &

calamo dictata.

OLSNÆ TTPIS BÖSSEMESSERIANIS.